

ENCOMION

Vlricus Benzti⁹
Schola Reutlin
genfis modera
tor obiit Anno
1594. die 7. De
cemb.

An. 1593. Mense
Decemb. incen
dio dissipata
sunt 29. tecta, sub
quibus habitä
runt 19. ciues.

Mercatorum
platea exusta est
An. 1506 in qua
conflagrauit
tecta 160.

Noua curia ex
tructa est Anno
1536.

A R I E S
Reutlingensiu
antiquitas.

Aries iste Mariae
templi monu
mentum est.

*Benzius Vlricus fuit hac statione locatus,
Et teneram rexit feliciter arte iuentam,
Donec eum rapuit non euitabile fatum,
Et fragilem vitam cum dulci morte resoluit.
Christus quem latum nobis exuscitet olim
Et nobis placidam mittat placidissimus, horam.
Egressus templo cernis noua tecta domorum
Mularum, quas nuper edax consumserat ignis
Sic adeo Vulcanus erat furibundus & atrox
Qui tamen aërio Temploq³, scholaq³ pepercit.
Gratia sit superis, non emoritura per euum:
Noster enim paries habebat proximus igni.
Hinc ubi per vicum transueris vsque macellum
Per Mercatorum longam latamq³ plateam
Quinq³, decem Christo perierunt secula nato,
Et fuit in cursu sextus feliciter annus.
Cum fuit hac flammis exusta platea malignis
Non procul inde fori noua curia magna columnis,
Firma stat illignis, horrenda Draconibus altis
In tectis varijs aspectu monstra figuris.
Ostendit Martis monumenta vetusta ferocis
Plurima, quae priscis sunt vsurpata diebus.
Nam iacet hic Aries, lignum mirabile visu,
Centenos etenim nunc est longissima Pinus
Vndenosq³ pedes: priscis fuit arbor in annis
Longior, at breuior nunc facta est parte resecta
Peruetus, ac ingens ferrato cuspide telum.
Quod Rex Henricus Thuringae septimus ora
Landgravius quondam Reütlingam vexit ad urbem
Tanto conatus clausas molimine portas
Frangere, vel murose uertere funditus altos.
Nam fuit hic Aries multis absconditus annis*